

» nobiles, et ut ordinate et solemniter procedatur in facto predicto,  
 » quando predicta fieri debebunt, quilibet de Consilio predicto  
 » possit in principio, in medio et in fine dictae probe, et sicut quan-  
 » do sibi videbitur arrengare et dicere quicquid volet, et placebit  
 » sibi de illis qui probabuntur, et de bonis operibus et laboribus  
 » eorum, ita quod terminatio, que fiet, sit sancta, bona et optima  
 » et in personis quae meruerint beneficium predictum : et si Con-  
 » silium est contra, sic revocatum.

*De parte . . . . . 45.*

*Non sincere . . . . . 4.*

*De non . . . . . 4.*

» Item ordinetur, quod facta pace, debeant expendi, dari et  
 » distribui ad vitam omni anno ducatos quinque mille de denariis  
 » Venetiarum Communis, dividendis ipsos denarios in illis perso-  
 » nis et in suis per illum modum et sicut et cum illo ordine, qui  
 » videbitur Consilio predicto, ut omnes habeant causam benefa-  
 » ciendi, sperantes habere premium de periculis et laboribus suis;  
 » sicut justum est et conveniens, in quo Consilio quilibet consilia-  
 » riis, Caput de Quadraginta et Sapiens vel Caput Consilii possit  
 » ponere partem, ut eis videbitur, ita quod dicta pecunia detur et  
 » distribuatur in personis que bene meruerint dictam subenctio-  
 » nem, et in suis declarando, quod nullus nobilis Venetiarum pos-  
 » sit ullo modo habere aliquid de pecunia supradicta.

*De non . . . . . 4.*

*Et alii de Parte.*

*Non sincere . . . . . 1.*

» Insuper ordinetur, quod omnes forenses cujuscumque con-  
 » ditionis existant, qui bene se gerent in factis nostris ponendo  
 » personas suas ad honorem et statum nostri Dominii, constando  
 » ducali dominio de bono portamento suo possint in dicto consilio  
 » infra unum mensem, facta pace, fieri Veneti nostri intus et extra